

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6593

**Autre(s) référence(s) :** Bates 141

**Auteur(s) :** Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1070-1078]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, concède à l'abbaye de la Trinité de Fécamp la donation de Steyning faite par son prédécesseur, roi Édouard [le Confesseur].

## Tableau de la tradition

### Original

A. Collection Musée du Palais Bénédictine, Fécamp, Inv. 9 (Engel 7).

### Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 223-224.
- b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 7, p. 1082 (pour Version A).
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 141, p. 469-471.

### Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquistoris et Willelmi Rufi*, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 112. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 263-264, n° 12 (pour Version A).

## Dissertation critique

c. 1070-1077/1078 : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 469).

Texte établi d'après c

(Texte édité dans *Neustria Pia*)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et sancte et individue Trinitis. Amen. Ego Willelmus Dei miseratione patronus Normannorum, rex etiam Anglorum, timore Dei tactus et amore, et precavens in futurum, annuo libenter et concedo sancte et individue Trinitati et ecclesie Fiscannensi terras ipsas quas dominus et antecessor meus Eduardus rex concessit predicte ecclesie, quod quidem non solummodo multorum relatione didici, sed etiam litteris eius

caractere sigillatis. Sunt vero he terre quas dico : terra de Staningis cum omnibus appenditiis eius, legibus, et consuetudinibus, et saccā et socca. Et quia prefatus rex Eduardus, dominus meus, sibi ipsi nimirum providus pro salute et remedio anime eius, easdem terras dari Deo voluit, ego nihilominus misericordia Dei indigens, tam pro anima mea quam pro eius ipsius anima et omnium predecessorum atque successorum meorum animabus, non dissimili voluntate, et diligentia concedo. Et quoniam inviolabilem et ratam concessionem istam futuris temporibus permanere volo, assensu coniugis et prolis, seu procerum meorum, regia auctoritate, et crucis caractere confirmo, et manibus fidelium meorum corroborandam trado.

Signum Willelmi regis Anglorum +. Signum Mathildis regine Anglorum +. Signum Roberti comitis filii regis +. Signum Willelmi comitis filii regis +. Signum Odonis episcopi Baiocensis +. Signum Roberti comitis Moritonii +. Signum Henrici de Bellemonte +. Signum Roberti de Bellemonte +. Signum Roberti de Montegomerico +. Signum Hugonis comitis Cestre +. Signum Willelmi abbatis Cormeliensis +. Signum Osmundi cancellarii +. Signum Rogerii de Bellemonte +. Signum Fulcoii de Monasteriolo +. Signum Bernardi filii Ospaci +.

(Version A)

In nomine patris et filii et spiritus sancteque.

Ego Willelmus Dei miseratione patronus Normannorum, rex etiam Anglorum, timore Dei tactus et amore, et precavens mihi in futurum, concedo et confirmo sancte et individue Trinitati et ecclesie Fiscannensi, omnes terras suas in Anglia terra, scilicet terram de Staningis, et terram de Bereministri cum omnibus omnino appenditiis terrarum cum omnibus legibus et libertatibus, liberis consuetudinibus et quietantiis, omnibus placitis et querelis et causis omnibus que sunt vel fore possunt, absque ulla inquietudine vel diminutione cuiuslibet secularis vel iudicarie potestatis, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes. Quare inviolabiliter precipio quod predice terre cum omnibus omnino earum appendiciis et earum possessionibus libere sint et quiete ab omni consuetudine terrene servitutis et ab omni dominatione et subiectione baronum vel principum et omnium aliorum, et quod abbas et monachi ecclesie Fiscannensis vel eorum ministri omnem regiam habebant libertatem et consuetudinem, et omnem iusticiam suam de omnibus rebus et omnibus negotiis que in terra sua evenient vel poterunt evenire. Nec aliquis nisi per eos se inde intromittat quia hoc totum regale beneficium est et ab omni servitute quietum. Similiter concedo et confirmo predice ecclesie Fiscannensi pro anima mea et omnium predecessorum meorum, omnes terras suas in Normannia cum omnibus eorum pertinenciis, cum omnibus dignitatibus, liberis consuetudinibus et quietantiis omnibus, quas dominus predecessor meus comes Normannorum Ricardus in elemosinam predice dedit ecclesie quietas ab omni inquietudine vel diminutione cuiuslibet secularis vel iudicarie potestatis sicuti res ad fiscum dominicum pertinentes. Quod non solum multorum relatione didici sed etiam litteris eius sigillatis. Si vero aliquis contra hanc confirmationem meam aliiquid presumpserit iram Dei omnipotentis incurrat et coactus auri libras centum ad fiscum dominicum persolvat. Hoc autem ut ratum et stabile omni tempore permaneat, assensu coniugis mee et prolis et procerum meorum, regia auctoritate et crucis caractere confirmo, et manibus fidelium meorum corroborandum trado.

+ Signum Willelmi regis Anglorum +. Signum Willelmi comitis filii regis +. Signum Mathildis regine Anglorum +. Signum Roberti comitis filii regis +. Signum Odonis episcopi Baiocensis +. Signum Rogeri de Bello monte +.

+ Signum Henrici de Bellomonte +. + Signum Roberti comitis Meritonis. + Signum Fulconis de Mosteriolo +. + Signum Roberti de Bellomonte +. + Signum Hugonis comitis Cestre +. + Signum Bernardi filii Ospaci. + Signum Roberti de Montegomerico +. + Signum Willelmi abbatis Cormeliensis +. Signum Osmundi cancellarii +.